



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quæ vera lectio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO I.

Quid similitudo thesauri?

Euangelij
dignitas.

§. 1. **P**recium Euangelij hæc parabola indicat. thesaurus, magna pecunia sunt, & opes, inuenti magnum gaudium, tale est Euangelij auditi. Absconditur, ne quis præcipiat, non quod vnus fides alteri obstat, sed accommodare exponit inuentoris curam & sollicitudinem, quamvis interdum ita de beatitudine loquitur, quasi vnus eam adipisci non possit, nisi alter amiserit, Rom. 11. 19. Apoc. 3. 11. sed more humano. Ardentem enim hoc appetitur, quod æmulos & riuales habet. Magnum enim bonū putant, quod multi petunt. Scopis igitur istius parabole est, dignitatem Euangelij, qua reddimur beati, demonstrare.

Non ita Euangelium prædicandum dicimus, ut faciunt Flacciani, ut negemus, in eo vllum præceptum esse: penitentiam enim prima voce inculcat. Quod etiam Calvinista Scharpius fatetur, cursu Theol. de Euangelio.

Christus
Euange-
lium.

Nec ab hac explicatione receditur, cum Christus thesaurus dicitur, quia in Euangelio Christus reuelatur, & a fidelibus retinetur. Irenæus lib. 4. cap. 43. sic intelligendus est. Nam Christum olim in agro absconditum, nunc inuentum, ait. Ita sane Christum nunciat, ut simul exhibeat. Per Euangelium viuimus. 2. Tim. 1. 10. Manifestata autem est nunc (gratia) per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & in corruptionem per Euangelium.

Per Euangelium mors abolita est: quia eo Christus vsus est, ut aboleret: homines erudiendo, gratiam dando. Per hæc sacrificium sanguinis, quo precium soluit, applicatur.

VERSUS 45. 46.

Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

QVÆSTIO I.

Quid margarita?

Margarita
Euange-
lium.

§. 1. **M**argarita est regnum celorum, seu Euangelium, nos negotiatores. sensus ergo, id quod negotiator agit in emendis margaritis, id nos agere debere in acquirendo regno celorum, seu tale quid agit in regno celorum, seu in Euangelio, quale sit in negotiatione gemmarum. Margaritam vero pro omnibus gemmis nominat, quarum magnum est precium.

Precia
Marga-
ritarum.

De Margaritis Plin. lib. 9. c. 35. [Origo argue gemmarum, nitura concha, est haud multum ostrearum conchis differens. Has ubi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleti toscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti: partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si vero turbidus, & sordidus fore, eundem pallere, cælo minante conceptum: ex eo quippe constare, cælique eis maiorem societatem esse, quam maris, inde nubi-

lum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestine latuerit, grandescere, & paratus.]

Hæc in Euangelium præclare conueniunt, cuius autem facile est accommodare, nec plura addo, cum plerique hoc in genere nimij sint.

§. 2. Euangelium Margarita etiam in eo simile est, quod in paruo angustoque vtriusque sit precium, ideoque non nisi à petitis aestimari soleat. Pueri & rudes ludicra, aut pomæ præstant: nec enim magni quicquam aestimant, nisi quod tale oculis appareat, nec vtile, nisi cuius vsum in præsens intuentur. Euangelium vero ludæis scandalum, gentibus stultitia est. Mirantur pro tantillo margaritæ corpulculo, agros, domos, vitam denique ipsam impendi.

VERSUS 47. 48.

Iterum simile est regnum celorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, eduentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.

QVÆSTIO I.

Quæ vera lectio?

§. 1. **I**N Græcis non est, ex omni genere piscium: nam piscium, omittitur, ideo Beza alijque algam, herbas, sordes intelligunt. Beza. [Verus interpretis dicit piscium nomen, quoniam videlicet de picacone agitur, nec inde videtur τὸν ὀρεῖον epitheton piscibus conuenire. Sed per pauci sunt pulvis vsus, & si qui forte in aquis ipsis mortui computruerunt, quod raro accidit, cum superarent, vix possint in sagenam dici incidisse. Itaque τὸ καλὰ potius dicendum vocari pisces, nec autem vocari algam, filices, arénulas, & sordes denique, quales solent ex aquarum fundo à piscatoribus attrahi, & rursum in aquas proijci: quamuis fortasse non fuerit ineptum de cæteris rebus in cilibus accipere, quæ vnâ cum piscibus ex aquarum fundo euericulo attrahuntur.]

Addendum tamen, & ex latino Græcus & Syrus textus corrigendus est. Nam omnes Latini patres ita legunt. Origenes vero etiam, & Græci a ij de piscibus interpretantur, ut est apud Origenem in cap. 13. ubi ait, malos pisces foras abijci. Erasmus Sabaudini ait, non tamen ex Hieronymi Chrysostomi interpretatione colligi, additum sit, nec ne. Quod quidem ad Hieronymi nomine editos commentarios attinet, non est dubium; in illis enim legitur, & exponitur.

Iterum simile est regnum celorum sagena missa in mare, &c. Impleto Hieremie vaticinio dicentis: Ecce ego mittam ad vos piscatores, multos: postquam audierunt Petrus, & Andreas, & Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum: contuleruntque sibi ex veteri & nouo testamento sagenam euangelicorum dogmatum, & miserunt eam in mare huius sæculi: quæ vsque hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de falsis & amarguribus quicquid inciderit, id est, & bonos homines & malos, & optimos pisces & pessimos. Cui autem venerit consummatio & finis mundi (ut ipse infra manifestius disserit) tunc sagena extrahetur ad litus: tunc verum secernendorum piscium signum demor-

remoustrabitur. & quasi in quodam quietissimo portu, boni mittuntur in vase celestium mansionum: malos autem torrendos & exciandos gehennæ flammâ suscipiunt.

Ille igitur sine dubitatione *οὐκ ἐστὶν* intelligit malos pisces, & inuitiles. Beza opponit eius præceptorem Ioannem piscatorem. *ὁ πατὴρ τῶν γενεῶν* inquit, scilicet piscum. Tam ex putribus, quam ex bonis piscibus: ut declaratur in seq. synecdoche generis. Vide Augustin. quæstione sequenti.

§. 1. Argumentum Beza infirmum est, quod *οὐκ ἐστὶν* de putribus dicatur. Nam supra audiuius, arbores ferre fructus *οὐκ ἐστὶν*, non quod fructus sint putres, cum eos ferunt arbores, sed mali saporis. Nam & bonarum arborum fructus putrescunt. Porro *οὐκ ἐστὶν*, ut & *οὐκ ἐστὶν* etiam de alijs vitis dicitur. Sic eni in sepia piscis, & cruor eius dicitur. *οὐκ ἐστὶν* autem est, quod putre, rancidum, marcidum. *οὐκ ἐστὶν* vocat Aristoph. in pace. Plur. in Galba eodem modo *οὐκ ἐστὶν* vocat, quorum commotus, & irritatus est animus. Significat etiam debilem, futilem, frivolum: ita *οὐκ ἐστὶν* vocat Eurypides. nugas, & sermones inanes. Malos itaque intelligit pisces sapore inuitili, & noxios, plurimi enim pisces sunt venenati, aurâ quo sapore abhorret natura hominum. Denique c. 10. 17. *ὁ πατὴρ τῶν γενεῶν*, non est arbor: putris, nec carie quidem vitiat: talis enim si integra tulit bonos fructus, etiam cariosa feret eiusdem naturæ. Sed arbor mali succi, cuius fructus amari sunt.

QVÆSTIO I.

An boni & mali sint in Ecclesia?

§. 1. Estimium illud contra veteres præduxerunt Catholici patres, ut ostenderent in Ecclesiâ lagenam recipi bonos & malos. Quia namque Ecclesiâ inuenisse thesaurum absconditum, & margaritam præstantissimam docuerat, ne quis in illa omnia munda, pretiosaque esse suspicaretur, ideoque non putaret Ecclesiâ, ubi præter thesauros & margaritas sordes & quisquilias cerneret, hanc similitudinem adiunxit. Est vero idem huius parabolæ, & illius de Zizanij agnitionem. Quo hæc est Donatistarum, & Anabaptistarum penitus damnatur. Augustinus l. post collationem ad Donatistas parabolam Zizaniorum & hanc iungit. Hoc agebamus etiam similitudine *οὐκ ἐστὶν*, ut causa & persona Zizaniorum non præiudicaretur causa & persona tritici, quatuor in eodem agro eadem pluvia simul crederent usque ad messem, quando separari oportet: ut causa & persona paleæ non præiudicaretur persona frumenti, quatuor in eadem area simul tritarentur donec novissima ventilatione separarentur: ut causa & persona hederum non præiudicaretur causa & persona ouium, quatuor communi pascuis vitæ, pecora permixta feruntur, donec à pascuis summo in iudicio nouissimo, alij ad sinistram alij ad dextram segregentur. Ut causa & persona piscium malorum non præiudicaretur causa & persona piscium bonorum, quatuor intra eadem reia tenerentur in extremo litore separandi; hoc est, in fine mundi, quod significat finem seculi. Quibus parabolis & figuris Ecclesiâ prænuntiata est usque ad finem seculi bonos & malos simul habitura, ita ut nec mali bonis obesse possint, vel cum ignorantur, vel pro pace & tranquillitate ecclesiæ tolerentur, si eos prodi aut accusari non oportuerit, aut alijs bonis non poterit demonstrari: ita sane ut nec emendationis vigilantia quisque, corripendo, degradando, excommunicando, ceterisque coercionibus licitæ atque concessis, quæ saluamnitatis partem in ecclesiâ quotidie sunt secundum præceptum Apostolicum. Et idem tract. 6. in Ioan. Nicolaus Papa, de cons. dist. 1. Melchior Canus l. 4. c. 6. de locis Theol. D. Th. 2. 2. q. 1. Probat Aug. ex Cypr. l. 3. Ep. 3. ad quæ negat aduersarios Episcopos respondisse, vel potuisse respondere.

§. 2. Sumpsit ad suorum defensionem ista Calu-

nus lib. 4. c. 1. §. 13. [In vitæ autem imperfectione toleranda multo longius procedere indulgentia nostra debet, hic enim valde lubricus est lapsus; neque vulgatis machinamentis hic Satan nobis insidiatur. Fuerunt enim semper qui falsa absoluta sanctimoniam persuasionem imbuti, tanquam aeris quidam demones iam facti essent, omnium hominum consortium aspersarentur, in quibus humanum adhuc aliquid subesse cernerent. Tales olim erant Cathari, & (qui ad eorum vesaniam accedebant) Donauistæ. Tale hominibus ex Anabaptistis nonnulli, qui supra alios volunt videri profecisse. Alij sunt qui inconsiderato magis iusticie zelo quam insana illa superbia peccant. Dū enim apud eos quibus Euangelium annunciat, eius doctrinæ non respondere vitæ fructus vident, nullam illic esse Ecclesiâ statim iudicant. Iustissima quidem est offensio, & cui plus satis occasionis hoc miserrimo seculo præbemus. Nec excusare licet maledictam nostram ignauiam, quam Dominus impunitam non sinet: ut iam grauius flagellis castigare incipit. Væ ergo nobis, qui tam dissoluta flagitiorum licentia committimus, ut propter nos vulnerentur imbecilles conscientie. Sed in hoc vicissim peccant illi quos diximus, quod offensionem suam modum statuerent nesciunt. Nam ubi Dominus clementiam exigit, omissa illa, totos se, immoderate seueritati tradunt. Quia enim non putant esse Ecclesiâ, ubi non est solida vitæ puritas & integritas, scelorum odio à legitima Ecclesiâ discedunt, dum à factione improborum declinare se putant. Allegant, Ecclesiâ Christi sanctam esse. Verum, ut simul intelligant esse ex bonis & malis permixtam, illam ex ore Christi parabolam audiant, in qua reti comparatur, quo pisces omne genus colliguntur, neque seliguntur donec in litore sint expoliti. Audiant agri esse similem, qui bona fruge confusus, zizanij, inimici fraude inficitur: quibus non expurgatur, donec in arcam aduecta fuerit messis. Audiant denique arcam esse, in qua sic collectum est triticum ut sub palea delitescat, donec vano & cribro repurgatum, in horreum tandem reconditur. Quod si hoc malo ad idem usque iudicij laboraturam Ecclesiâ pronunciat Dominus, ut improborum permixtione oneretur: frustra nullo nano in spem iam quærent.]

§. 3. Vera est fateor illa doctrina, sed nobis, non autem illis profuit. Principio enim cum esset magna Catholicorum multitudo, exiguus cætus Sectatorum, nulla rem magis, quam vera falsaque referendo, & conuincendo populum traxerunt. At vero cum apud suos vix decimum quemque sincerum, plerisque ex professo improbos cernerent, tum demum orta est de scandalis oratio. Si vero ob scandala non oportet exire de Ecclesiâ, ne à nobis quidem exire oportuit, at postquam à nobis secessionem fecerunt, à suis etiâ seductoribus ad alios transeunt. Vident viam in qua sunt veram, & rectam ducentem non esse: itaque in aliam, cum primo se diuerticulum offert, temere transiunt.

§. 4. Deinde ob mores Caluiniatorum ab illis ex doctrina recedendum est, quia mala doctrina illi respondent. nam mala. Atque hoc est grande inter nos & illos discrimen. mali mores. Qui in Ecclesiâ Catholica offendiculo sunt, contra res Caluiniatorum docentur agant. Qui in illorum cætu flagitiose viuunt hoc sunt, quod docent. Hoc agunt quod audiunt. Negant eos posse à peccatis desistere, negant Qui se peccatis reddi iniustos, aut de salute periclitari. Itaque actos ad doctrinam illa noxia est salutis: ex enim impedimentum penitentia ponit. Conscientia enim peccati non tantum scandalum gignit, qui non modo per inuitabile decretum Dei id se fecisse, sed etiam Dei potentia in id se præcipit: ut si se persuadentur.

[Deinde